



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom.  
Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis  
Mariæ Sponsi Vitæ Historia**

**Stengel, Carl**

**Monaci, MDCXVI.**

Officium S. Ioseph.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42004**




*Ergo ad monstratum mittam mea vota Iosephum:  
Nam puto, sic loquitur dextra: PATRONVS HIC EST.*

*Ioan. Sadeler.*

OFFL

F.  
tem  
cius,  
fime  
pro.  
Spō-  
eritis  
liras  
obis  
vults

FFL



C  
X  
I  
la  
X  
B  
G  
S  
A  
n  
i

# OFFICIUM

## S. IOSEPH.

AD MATVTINVM.

Ÿ. IESVS, MARIA, IOSEPH. Ÿ.

**D**omine labia mea aperies.

R. Et os meum annunciabit  
laudem tuam.

Ÿ. Deus in adiutorium meum  
intende.

R. Domine ad adiuuandum me  
festina.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui  
sancto.

Sicut erat in principio, & nunc  
& semper, & in secula seculo-  
rum Amen. Alleluia.

*A septuagesimâ usq; ad Pascha loco  
Alleluia, dicitur, Laus tibi Domi-  
ne, Rex æternæ gloriæ:*

*Hymnus.*

Joseph David filius clarâ stirpe natus;

S

IESV

IESV CHRISTI Domini Pater nuncupat<sup>9</sup>,  
 Virgini desponsus mente copulatus:  
 Vtriusq; Custos caelo destinatus.

*Antiphona.* Salve Patriarcharum  
 decus, & Ecclesiae sanctae Dei ce-  
 conomus, cui panem vitae, & fru-  
 mentum electorum conseruasti.  
 V. Ora pro nobis Sancte Ioseph.  
 R. Vt digni efficiamur promissi-  
 onibus Christi.

*Oratio.*

Saetissime Genitricis tuae Spõ-  
 si, quaesumus Domine, meritis  
 adiuuemur: vt quod possibilitas  
 nostra nõ obtinet, eius nobis in-  
 tercessione donetur. Qui viuís,  
 & regnas cum Deo patre in vni-  
 tate Spiritus sancti Deus, per o-  
 mnia secula seculorum. Amen.

## AD PRIMAM.

V. IESVS, MARIA, IOSEPH. V.  
 DEUS in adiutorium meum in-  
 tende. R. Domine ad adiu-  
 uan-

mandum me festina. Gloria Pa-  
tri, & Filio, &c.

*Hymnus.*

Tu qui sponsam grauidam dolens cum  
videres,

Cogitabas anxius an eam retineres:  
Sed cælestis nūtius ne amplius timeres,  
In sōnis admonuit, sed poti⁹ gauderes.

*Antiph.* Salue Patriarcharū. *ut supra.*  
Ora pro nobis. &c. *Oratio.* San-  
ctissimæ Genitricis tuæ. *ut supra.*

AD TERTIAM.

Ÿ. IESVS, MARIA, IOSEPH. Ÿ.

DEus in adiutoriū meū intēde.

R. Domine ad adiuuandum  
me festina, Gloria Patri, &c.

*Hymnus.*

Bethleem profectus censum soluturus,  
Cum prægnāte Virgine vbi nasciturus  
Erat mundi Dñs, quiq; mox facturus:  
Ut ipsum infantulū esses amplexurus.

*Antiph. Vers. & Oratio, ut supra ad  
Matutinum.*

## AD SEXTAM.

Ÿ. IESVS, MARIA, IOSEPH. Ÿ.

DEUS in adiutorium meum in-  
tende. R. Domine ad adiu-  
uandum me festina. Gloria Pa-  
tri, &c.

*Hymnus.*

Cū Herodes impius in pueros sauiret,  
Gabrielis monitu ne ampli<sup>9</sup> dormiret,  
Retulisti sponsæ, sed tecum veniret,  
Et accepto paruulo in Ægyptum iret.

*Antiphona, Vers. & Oratio, ut supra  
ad Matutinum.*

## AD NONAM.

Ÿ. IESVS, MARIA, IOSEPH. Ÿ.

DEUS in adiutorium meum in-  
tende. R. Domine ad adiu-  
uandum me festina. Gloria Pa-  
tri, & Filio, &c.

*Hymnus.*

Hostibus defunctis inde recessisti,  
Et in Galilæam tecum reduxisti,

Puerum

Puerum, & sponsam sicuti didicisti  
Cælitus, & Nazareth humilis vixisti.

*Antiphona, Vers. & Oratio, ut supra  
ad Matutinum.*

## AD VESPERAS.

Ÿ. IESVS, MARIA, IOSEPH. Ÿ.

DEUS in adiutorium meum in-  
tende. R. Domine ad adiu-  
uandum me festina. Gloria Pa-  
tri, & Filio &c.

*Hymnus.*

O qui Iesum factū duodecim annorū,  
Perdidisti tuum lumen oculorum:  
Sed inuentū postea in medio Doctorū,  
Custodisti sedulus Regem Angelorum.

*Antiphona, Vers. & Oratio, ut supra  
ad Matutinum.*

## AD COMPLETO- RIVM.

Ÿ. IESVS, MARIA, IOSEPH. Ÿ.

CONUERTE nos Deus, salutaris  
noster. R. Et auerte iram tu-  
am à nobis. S 3 Ÿ.



℣. Deus in adiutorium meum  
intende. ℞. Domine ad adiu-  
uandum me festina. Gloria Pa-  
tri, & Filio, &c.

*Hymnus.*

Felix quem in vlnis Iesus cum Mariâ  
Tenuit cubantem, dum in agoniâ  
Spiritus efflaret, vt directâ viâ  
Tenderes ad Patres functus vitâ piâ.

*Antiphona, Vers. & Oratio, vt su-  
pra ad Matutinum.*

*Commendatio.*

Has horas canonicas cum attentione  
Dixi sancte Ioseph tui ratione,  
Vt sis memor mei in oratione,  
Vt viuamus iugiter in cæli regione.  
Amen.

INDEX CAPI-  
TVM.

Cap. I. D. Iosephi patria, parentes, san-  
cta natiuitas, nomen, genus, cognâ-  
tio. fol. 13.  
Capo